

VIII. Item ex sermone Sancti Augustini ad Populum. [c. an. 392. in Africa.] De eodem. Hortatur Christianitatem vestram juxta sanctorum Canonum instituta, ut in Ecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens Presbyter non suscipiatur; nisi a vestra fuerit Ecclesie consecratus Episcopo, aut ab eo per Commendatitias Literas suscipiatur.

IX. Item ex Concilio Antiocheno l. c. 7. [an. 341. in Syria.] Absque Formata Clerici peregrini non suscipiantur. Nullum absque Formata, quam Græci Epistolam dicunt, peregrinum Clericorum suscipi oportet.

GRATIAN. 1. Pars. 22. D I M I S S O R I A S V E R O L I T E R A S E P I S C O P I N I S I R O G A T U S, non tribuat: sicut statutum est in Synodo habita Roma. Unde ait I. LEO PAPA. [an. 826. Roma.] Nisi eodem petente, nulli Dimissoria Litera presentetur. Episcopus a subiecto sibi Sacerdoti, vel alii Clerico, nisi ab ipso postulatus, Dimissorias non faciat; ne ovis quasi perditam, aut errans inveniat.

EPISCOPUS DIMISSORIAS NISI ROGATUS NON TRIBUAT.

DISTINCTIO LXXII.

GRATIAN. 1. Pars. 22. D I M I S S O R I A S V E R O L I T E R A S E P I S C O P I N I S I R O G A T U S, non tribuat: sicut statutum est in Synodo habita Roma. Unde ait I. LEO PAPA. [an. 826. Roma.] Nisi eodem petente, nulli Dimissoria Litera presentetur.

Episcopus a subiecto sibi Sacerdoti, vel alii Clerico, nisi ab ipso postulatus, Dimissorias non faciat; ne ovis quasi perditam, aut errans inveniat.

PITH. 1. Episcopus. Can. 18. Synodi Rom. Catalog. test. Verit. p. 82.

II. Item ex Concilio Carthaginensi III. c. 21. [an. 397. in Africa.] De eodem.

Clericum alienum, nisi concedente eius Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam Lectores, & Psalmiste, & Offitii retinent.

PITH. 2. Ex Psalmista & Offitii. Defunt in meo Cod. Sed habentur in duobus aliis.

III. Item ex Concilio Milevitano II. c. 15. [an. 416. in Numidia.] De eodem.

In una Ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur. Prælati ut quicumque in una Ecclesia vel semel eligitur, ab alia Ecclesia ad Clericatum non teneatur.

CORR. ROM. a Eligitur. In Concilio Milevitano est, vel semel legitur: itaque in Conc. Carthaginensi Græco, c. 91. xai avax avayyñ, in Africano autem, c. 57. vel semel susceptio officio legitur.

LITERÆ DIMISSORIÆ QUOMODO FIANI. DISTINCTIO LXXIII.

GRATIAN. 1. Pars. 22. Q U A L I T E R V E R O C O M M E N D A T I T I A, vel Dimissoria, seu Formata Epistola faciendæ sit, videndum est. Debent namque literæ Græcæ interponi in ea Epistola, & non sine causa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimit, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis Epistolis Canonice, quas nos Latine Formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere presumatur; hoc à Patribus cccxxviii. Nicææ congregatis saluberrime inventum est, & constitutum, ut Formate Epistolæ hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem: id est, ut assumantur in supputationem 4 prima Græca elementa Patris, & Filii, & Spiritus S. hoc est π, υ, α, ω; quæ elementa octogonarium, & quadragesimum, & primum significant numerum. Pecti quoque Apostoli prima litera, id est, α, quæ numerum octoginta significat: ejus quoque, qui scribit, Episcopi prima litera; cui scribitur, secunda litera; accipientis, tertia litera; civitatis quoque, de qua scribitur, quarta; & indicationis, quæcumque est illius temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ, ut diximus, numeros exprimit, in unum ductis, unam, quæcumque fuerit collecta, summam Epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela re-

quirat expressè e. Addat præterea separatim in Epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat.

PITH. 1. enim. Abest à V. C. Quas mos l. f. & c. Abfunt à V. C. Est. Abest à V. C. In supputationem. V. C. in supputatione. Litera. Abest à V. C. ut & vox, tertia. Illius temporis. Temporis idem qui fuerit numerus & c. ita V. C. Significat. Addit V. C. id est.

I. EX NICÆNA SYNODO. [an. 325. in Bithynia.] Exemplar Formate Epistolæ, quæ in Nicæna Synodo à cccxxviii. Patribus facta est.

In nomine Patris & Filii & Spiritus S. a. π. Walterio Sirensi Episcopo. Ego Burchardus Sanctæ Wormaciensis Ecclesiæ devotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summæ felicitatis beatitudinem. Cùm sancta Catholica Ecclesia prompta sit sequi documenta Evangelica, quæ dicunt: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, accipiet mercedem Prophetæ: & qui recipit justum in nomine justum, mercedem justum accipiet, & Apostolus jubet hospitalitatem sectari, & necessitatibus Sanctorum virorum communicare; tamen propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astuti Diabolici repleri: & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cùm sint, suâ malitiâ faciente, fugitivi; & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint; statutum est à sanctis Patribus, neminem Clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo Episcopo, & inthronizari in sua Ecclesia; nisi habeat à proprio Episcopo Epistolam, quæ in Canonibus nominatur Formata. Ideo notum facimus Fratritati vestræ, quod præfens frater noster Hermannus portitor, nomine Hermannus, non pro sua nequitia expulsum est à nobis; sed postulantibus Fratribus, eò quod ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in cornu altaris canonicè, & ordinavimus eum ad gradum Presbyterii. Cui etiam has Dimissorias, sive Commendatitias Literas facimus, & eum ad vestram dilectam Fratritatem dirigimus, ut in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis Episcopus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & in unitate sanctæ Ecclesiæ, in qua Petro datum est jus ligandi, atque solvendi, absolvo Hermannum Presbyterum de civitate Wormaciensi indicatione X. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacunque Ecclesia vultis vestra parochia. Hanc ergo Epistolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo nostræ Ecclesiæ firmare censuimus. Fratritatem vestram Christum nobis incolumem conservet. π. υ. α. π. ω. c. ζ. ε. α. ω. Data Wormaciæ Idibus Martii, anno Dominicæ incarnationis, M X I I. indicatione X.

CORR. ROM. a Conservet. In hoc & sequenti Capite ea tantum sunt emendata, quæ exemplarium auxilio restitui poterant. Ceterum quæ hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt depravata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Ivone collatum par. 6. c. 435. si literæ in extremo 434. capituli positæ, ponantur loco earum quæ in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis dictione, & non, restituit numerus ibi notatus, id est, 1200000000. Bene etiam procedet exemplum c. 434. si ubi nunc summa est 1539. fiat 1439. fatis sit locum indicasse.

PITH. 8. Formate. Optat. lib. 2. cum Siricio nobis totus orbis commercio Formatarum in una communicationis societate communicet. Communicatoria, S. Aug. Epist. 162. Pacifica, Can. 7. Syn. Antioch. Canonice, can. 41. Conc. Laod. & c.

II. EX NICÆNA SYNODO. [an. 325. in Bithynia.] Incipit Epistola Formata à cccxxviii. Episcopis, & ab Attico a Constantinopolitana urbis Episcopo edita.

Sanctissimo in Christo Fratri summa dulcedine charitatis amplectendo. A. Illius civitatis Episcopo, v. illius Ecclesiæ Prælati perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. π. υ. α. π. ω. De cetero noverit sancta Fratritas vestra, quod iste Clericus Hermannus nomine, nostra in Parochia instructus, ac detonsus Parvitate nostram rogavit, quatenus illi Commendatitias Literas conscriberemus, quibus vestra Celitudinis commendatus, sub tuitione vestri regimini degere possit: cuius voluntati consentientes, secundum Canonice auctoritatem Literas ei Dimissorias dedimus, per quas & ipsi concedimus, ut sub vestro magisterio Divinæ servituti insistent, suæ deserviat utilitati; & vobis licentiam tribuimus, ut, si dignum eum judicaveritis, ad sacros Ordines promovetis. Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, & nostris ex partibus absolutum in vestrarum ovium numero custodite. Quas Literas, ut vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis suscipiantur, literis Græcis, ut Canonice docet auctoritas, confirmare stategimus. Sancta Trinitas vestram Beatitudinem ad regimen sanctæ suæ Ecclesiæ perpetuè bene valere con-

cedat, & sic. β. (quæ eandem summam exprimit) indicatione X. Continet hæc Formata Epistola summam numeri MCCC. XV. P. Y. Græcam in nomine illius primam ponimus, quia Græci eam in quibusdam locis pro, consonante ponunt, sicut est Δαυιδ & Ιωαννης.

CORR. ROM. a Ab Attico. Antea legebatur, Ab Attico. Restitutus est locus ex conjectura (quod perraro factum est) quoniam evidenti ratione nitetur.

β. α. ω. vel sic, & c. Addita sunt hæc ex aliquot vetustis exemplaribus, & utriusque istis idem numerus nonagenarius nonus significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat, vel dictio, amen, Latine scripta; in qua nulla est numeri significatio.

INVITUS NEMO ORDINETUR. DISTINCTIO LXXIV.

GRATIAN. 1. Pars. 22. a. al. ordinar. Q U E R I T U R de his, qui ab Episcopis suis promovendi a contumunt, an inviti sint sublimandi, an non. De his ita statutum invenitur

I. IN CONCILIO AURELIANENSI, III. c. 7. [an. 538. in Gallia.] Annue suspensioni subiacet Episcopus, qui invitum ordinare præsumit.

Episcopus, qui invitum, aut reclamantem præsumpsit ordinare, annuali poenitentia subditus Missas facere non præsumat.

II. Item GREGORIUS I. Natali Episcopo Salonitano, in l. lib. Reg. Epist. 19. [an. 590. Romæ in Dalmatiam.] Nullus promoveatur invitum.

Polyc. l. 2. tit. 33. c. 227. f. Burch. l. 2. Ivo, p. 6. c. 434. simile quiddam multoque magis, c. 435. Math. 10. Rom. 12. Gesta, quæ nobis in Concilio vestri confecta Secretario direxistis, in quibus Archidiaconus Honoratus additur, plena esse cognovimus semine jurgiorum: cum uno eodemque tempore una persona nolens ad Sacerdotii ordinem provehitur, quæ tanquam immerita à Diaconatus officio removetur. Et sic iustum est, ut nemo crescere compellatur invitum; ita censendum puto similiter, ne quisquam infons ab Ordinis sui ministerio deiciatur injustè.

CONTRA invenitur

III. IN CONCILIO CARTHAGINENSI d. c. 31. [an. 419. in Africa.] Qui ab Episcopis suis promovendi contumunt, à locis suis deiciantur.

Ivo, p. 6. c. 42. S i q u i c l e r i c i a b E p i s c o p i s s u i s p r o m o v e r i c o n t e m p t e r i n t; nec illic maneat, unde recedere noluerunt.

CORR. ROM. a Si qui. Verba hujus Capituli sunt titulus sequentis capituli, Placuit, qui est proprius Canon trigentesimus primus Concilii Carthaginensis in codice Canonum, & apud Græcos.

IV. EX EODEM. [an. 419. ibid.] De eodem.

Burch. l. 2. c. 178. Ivo, p. 6. c. 42. Ansel. l. 6. c. 102. Placuit, ut quicumque Clerici, vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiasticarum rerum non obtemperaverint Episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in Ecclesia sua promovere; nec illic ministrent in suo gradu, unde noluerunt recedere.

CORR. ROM. a Pro necessitatibus. Græcè est: διὰ τινος ἀνεγκλίτων αιτιών τὸν ἐκδοχὸν ἀνέχον, id est, ob quasdam cogentes causas suarum Ecclesiarum.

V. Item ex Concilio AGATHENSI, c. 32. [an. 506. in Gallia.] Posteriores prioribus Episcopi non præponant.

Episcoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorum prioribus præponant, nisi forte superbia elatus, quod pro necessitate Ecclesiæ Episcopus iusserit, implere contemnat. §. 1. Sanè si officium Archidiaconatus propter simpliciter naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem Ecclesiæ, quem elegit Episcopus præponendum.

CORR. ROM. a Et ordinationem. Quamvis in recentioribus Conciliorum Editionibus Colonienibus legatur, & ordinationis Ecclesiæ, quem elegerit Episcopus, præponatur: tamen in veteri Colonienfi, duobus Parliamentibus, & duobus codicibus Conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.

VI. Item GREGORIUS I. Joanni Episcopo Syracusano, lib. 11. Epist. 34. [an. 603. Romæ in Siciliam.] In quo loco quisque ordinatus est, invitum teneri non debet.

Utrumdam a ad nos relatione pervenit Cosman, qui ex Monacho Monasterii sanctæ Lucie à Deceffore vestro memorandæ memorie Maximiano in Ecclesia Syracusana factus Subdiaconus, atque à vobis postea in possess-

sione, quæ Juliana dicitur, Presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflictum, ut vitam sibi penam exstimeret, & contritionis suæ fugam querat auxilium. Et idè, quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissetis, nostros volueramus esse Præpositos; magnæ benignitatis est, si eum in Ecclesiam, ubi Subdiaconi est sanctus officio, Sanctitas vestra reducere, atque illic Presbyterum voluerit constituere Cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debetis, si tamen nihil est, quod iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc Epistolis vestra Fratritas, ut scire possimus, infinet.

PITH. 2. Quorumdam. Joan. Diac. lib. 3. vite S. Gregor. c. 10. Cardinales violenter in Parochiis ordinatos forensibus in pristinum Cardinatum revocabat. Deinde subdit hunc locum.

VERUM illud Gregorii de his intelligendum est, qui non causâ necessitatis, sed causâ ingratiitudinis callide ab Episcopis suis promovendi queruntur. Illud autem Carthaginensis Concilii de his intelligitur, qui nolunt obtemperare Episcopis suis propter necessitatem Ecclesiæ volentibus eos ad altiora promovere. Hanc Distinctionem ex Decreto Simplicii Pape quilibet corroborare valet, qui scribens Joanni Episcopo Ravennati, Epist. 2. ait inter cetera.

VII. SIMPLICIUS PAPA Joanni Episcopo Ravennati, Epist. 2. [an. 482. Romæ in Æmiliam.] Non est aliquis invitum ad Episcopatum pertrahendus.

Ubi ista didicisti, quæ in fratrem, & Coepiscopum nostrum Gregorium, non dilectione sed, sed invidia perpetrasti? quem inexcusabili violentia pertrahat ad te passus es, atque vexari, ut ei honorem tantum, non personam tranquillitatem, sed per amantiam, sicut dicendum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur judicare, quod dignum est. Nam privilegium, meretur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate. Denuntiamus ne, quod si postea quidquam tale præsumpsit, & aliquem seu Episcopum, seu Presbyterum, seu Diaconum, invitum facere forte crederis; Ordinationes tibi Ravennatis Ecclesiæ, vel Æmiliensis noveris aufrendas.

PITH. 3. Dilectione. V. C. electione. Postbac. V. C. postbac.

VIII. Item GREGORIUS I. Antonino Subdiacono, lib. 2. Epist. 16. indi. 10. [an. 592. Romæ in Dalmatiam.] De eodem.

Honoratus Archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ à Sanctæ memoriæ Deceffore meo, missa supplicatione poposcerat, ut ab Episcopo suo invitum proveli ad fortiores gradus ordinem contra morem nullatenus cogere. Hoc enim fieri sibi non provehendi gratiâ, sed causâ ingratiitudinis perhibebat. Pro qua re tunc jam sanctæ memoriæ Deceffor noster scriptis suis Natali fratri, Coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum Archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem conceptæ ingratiitudinis diutius in corde retineret. Cùmque & à nobis hæc eidem summpere fuerint interdicta; non solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, prælatum Archidiaconum quasi ad fortiores honorem provehens, conatus est arte callida degradare. Unde actum est, ut eode Archidiaconatus loco summo, alium ascisceret, qui ejus obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum Archidiaconum arbitramur Antistiti suo aliunde displicere non potuisse, nisi quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili volumus, & tunc sanctæ memoriæ Deceffor meus, & nunc ego indagatione discutere; sed ipse suorum sibi actum concius, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præfentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conveniens in Salona, Natalem fratrem, Coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari, ut supra memoratum Archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, ut consuevit, forte distulerit, utum ei pallii, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate Sedis Apostolicæ contradices. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem perimania perseverare perpexeris; Domini quoque corporis, & sanguinis eundem Antistitem participatione privabis.

Ansel. l. 7. c. 75.

GRATIAN. 1. Pars. 22. a. al. contra. dicitio. orig.

ADHIBENDA est etiam disciplina, quæ nolentes promovendi ad sacros Ordines, ad obediendum Episcopis suis provocentur. In minoribus huiusmodi Ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt provehendi, ut contemntes suis obedire Episcopis, doleant sibi esse Prælatos, quos prius habebant subiectos. Unde scribit

IX. GELASIVS VICTORI Episcopo, [c. an. 495. Romæ.]

Episcopo Alexandrino